Terentius Afer, Publius; Jouenneaux, Guy [Comm.]; Badius Ascensius, Jodocus [Comm.]: Comoediae cum directorio vocabulorum, sententiarum, artis comicae ...[Enth.:] Vita Terentii de dictis Petrarcae excerpta

Straßburg: Johannes Grüninger, 1. Nov. 1496 Seite 114



## In hac scena.XVII

nunc demũ virgo vitiata esse cognoscitur a Tade oportune magnopere & defensa est & retenta.nam statim consequentur nuptiæ eius & cherex qui illam vitiabat.

a Perplexe loqui. Ideo perplexe.quia statuerat crimen virginis celare.Perplexus est districtus nescius quorsum se conferat. b Scio nescio. Ex dictis oĩbus pauca decerpit:& ostendit qd perplexe dixerit & stomachũ seuientis expressit. c Ego non affui. Acriter iratorꝝ est ea rẽ petere quæ proxime dixerint quibus irascuntur. d Nõ tu istuc mihi dictura apte es. Non est hęc interrogatio. e Virgo conscissa veste. Hęc oĩa rixam esse significauerant.

f Lacrimas obticet. Taceamus cõsilia vt nec tacui demens Reticemus dolores vt ne verere ne retice.Obticemus quorum non pudet vt in phormione. Heu quidnam obtices. g Eunuchus abiit Eunuchus non Cherea nõ fugit sed abiit dixit. h Quamobrem quod est factũ taces. Hęc a synthe ca istantis dñe vultũq; habitumq; demonstrant. i Quis fuit igit. Hęc minatiue pronunnciada sunt:aut quia inuita indicat:aut dubitat de nomine ignoti aut trepidat ꝑ timorem:aut non videat̃ scisse cum fuerit factum:aut quia non libenter dicat eius nomen cui irascitur:sed ego cognosco ancillarum cõsuetudinem quæ oliuiosæ sunt dominarum.

k Iste Ephebus frater phę. Ephebus nomen ad ætatem retulit /non ad facinus cõmissum & statim ostẽdit cur iste eunuchus creditur.

l Quid ais venefica. Redit rursum ad iracundiam:aptũ conuiciũ & comicũ in ancillas venefica /lupa vtputa vippera /& sacrilega & cetera. m Quid is obsecro ad nos. Non rogantis ẽ obsecro sed dolentis. n Id opinor. Callide Pythias opinor dixit cum sciat. o Quid ais sacrilega. Auxesis.nam primo scelesta.Deinde venefica.postremo sacrilega. p Istuccine interminata sum hinc abiens. Moraliter. Apparet hęc post scænam esse minata.nam supra non meminit sed dixerat tantum hos prius introducã:& quæ volo simul &c̃. q Quid facerẽ &c. Dixerat eñ prius Cherex edicit ne.n.q.a.e.aderit. r Ita vt iusti.Sincope metaplasmus.ꝑmisisti. s Scelesta ouẽ lupo cõmisisti. Bene dilatũ tot occasionibus prouerbiũ ꝑsonæ Thaidis asscriptum est.Continet eñ foemineã reuerentiã meretriciũ sensum. Reditq; rursũ ad minora cõuicia quia videt se esse confectam. t Mihi data esse verba. Videt̃ plura fuisse dictura nisi superuenisset Cherea. v Quid illic homis est. v Per genitiuũ casum iniuriose dicit̃.per noĩatiuũ honorifice:& hoc dixit quia nõ cõtinuo agnoscit hũc hominem meretrix:qa & si adhuc eunuchi veste indutus est. Attamen exuit spadonis incessum vultũq; habitũq; mutauit & ꝑter vestẽ totus in Chereã rediit. x Hera mea. Blande & puellariter arridet. y Tace. Nõ silentiũ indicẽtis est sed securã faciẽtis vt tace egomet cõueniã ipm. z Habemus hominẽ Mire hoĩem dixit vt reũ. a Cõphẽdi iube. Pro cõphende vt iubere velle significat.

b Quid faciã rogas. Moraliter expssit puellę stupẽtis verba & nõ hñtis qd rñdeat ad ea q̃ dicta sunt. c Vide amabo si nõ &c Mire ab eo q rñdere cepat ad aliud trãsit mirata cõfidentiã Cherex.i.nõ ẽ:qa os eiꝰ nõ ẽ ipudẽs ingt.i.nõ est similis impudenti .sic alibi.

Quintus actus.

THAIS PITHIAS

ꝓseq̃ris scelerata pythias .i.obscure dicẽdo .s.domi flere puellam

Ergin scelesta mecũ perplexe loq̃: scio. nescio:

eunuchꝰ .s.domi hoc admissum cũ hec fierẽt

abijt audiui.ego non affui. Non tu istuc mihi

.i.palã loquẽdo manifeste nõ ꝑplexe hñs vestẽ fractã

dictura aperte es.quicqd est:virgo conscissa veste lachrymans obticet eunuchius abijt q̃obrem:quid est factũ:taces:PI.Quid tibi ego dicam misera:illũ eunuchũ negant fuisse.THA.Quis fuit igit̃:PI.Iste cherea.THA.Qui cherea:PI.Iste ephebus frater phedriæ.THA.Quid ais venefica:PI.Atqui certe cõperi.THA.qd is obsecro ad nos:aut q̃obrem adductus est.PI.Nescio.nisi amasse credo pamphilam.THA.Hem misera occidi.infoelix.si qdem tu istæc vera prædicas.Num id lachrimat virgo:PI.Id opinor.THA.Quid ais sacrilega:istuccine interminata sum hinc abiens tibi:PI.Quid facerem:ita vt iusti:soli credita est.THA.Scelesta ouem lupo commisisti.dispudet sic mihi data eẽ verba.Quid illic hominis est:PI.Hera mea.tace obsecro.saluæ sumus.habemus hominẽ ipm:THA.Vbi is est.PI.Hem ad sinistram.viden:THA.video.PI.comprehendi nunc iube q̃tum potes.THA.qd illi faciemus stulta:PI.quid faciam /rogas.vide amabo /si non:cum aspicias:os impudens videtur.THA.non est.PI.tum quæ eius confidentia est.

Glosses (interlinear): lacrimas emittẽs; discessit .i.quare; .i.admissum; .i.celas; adductũ; si nõ fuit eunuchꝰ; ꝑ ꝯtẽptũ; .s.fuit; .i.adolescẽs impubis; aut veneno afficiẽs amatores aut adultera venefica; .i.cognoui; cur; .i.queso; ꝓpter quã occasionẽ; quia; perij; .i.ista; .s.q̃ dicis; .i.narras; .i.nũqd; .i.ob id; ob id virginẽ lachrymari; n suspicor; nefaria ipsa q̃si q̃ sacrũ violauerit; .i.nõ istuc ne q̃sq̃ eã accederet; discedens; .i.qd aliud io facere possem; i.cõmissa est; scelerata; virginẽ violatori; tradidisti; .i.sic me esse deceptã; .s.veste eunuchi indutꝰ; .i.esto secura; chereã tanq̃ reũ; .s.cherea; ꝑ indignatiões; .s.ꝑtem eũ; vides ne; .i.capi; .i.cito; cõpprehenso; .i.incõsiderata; blandiẽtis; .s.cum; .i.inuerecũdũ; .s.os eiꝰ impudens; i.deinde; .i.nimia securitas

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-77/0114
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG